



31  
 adiuncta sed non est ei oboediens. nisi tantum quod tributa dependit  
 & ministerium quidem exhibet agendi aliquid uel mouendi. concupiscit  
 tamen aduersus spm & non e oboediens animae sed suis desideriis cedit.  
 si uero iam aliquantum proficerimus effectur nobis caro seruus & oboedi  
 ens ac parans animae nre profectus. cum sibi carnem & oboedire & seruire  
 fecerit. Tertium uero e quod perfectum est. si enim iam uenimus ad  
 pfecum & iam exterminandus nobis dicitur chanaanus & morti tra  
 dendus quomodo autem in nra carne completur. audi apostolum di  
 centem. or or tificate autem membra nra quae sunt super terram  
 fornicationem & immunditiam & cetera quae seculantur. & iterum dicit  
 qui autem xpi sunt carnem suam crucifixerunt cum uitiis & concupis  
 centiis. sic ergo tertio hoc est cum ad perfectionem uenimus & mem  
 bra nra mortificamus ac mortem xpi in corpore nro circumferimus &  
 exterminari a nobis chanaeos. sed & illud non otiose praeter eundem  
 est. quod dicit pharao misse & accepisse gazet ciuitatem in qua chanaanus  
 habitabat cum effrem & declisse eam in dotem filiae suae. gazet autem  
 interpretatur constructio. si ergo corpus & anima una atque eade  
 constructione habent id est conuicte sibi inuicem & sociae. ita ut & ani  
 ma carnaliter uiuat & non festinet anima uelotius sibi obsequentem & sub  
 ditam faceye conon. uerendum est ne forte ueniat pharao ex aegypto  
 & captiuam ducat infelicem animam ita ut eam tradat filiae suae  
 in dotem. si enim consideres illud quod dixit apostolus paulus.  
 Ex surgere aliam legem in membris nris & captiuos ducere nos  
 in lege peccati inuenies quomodo ille pharao qui e auctor & rex  
 peccati animam quae carnaliter uiuit in dotem conscripsit.  
 Post haec uidentum est quod filii ioseph questionem mouent  
 de hereditate maiore sortem requirunt dicentes ad ihm.